

19 Dux Elector Bauaria.

Pasqu: Aperti sunt oculi mei, et vidi.

Marph: Fratres, dum tempus habemus operemur bonum.

20. Dux Elector Saxonie.

Pasq: Ecce Surgit gens contra gentem.

Marph: Ego autem patriam meam dilecti, et Iustitiam meam non sum oblitus.

21. Elector Brandenburgicus.

Pasquinius. Plus offerenti.

Marphor. Incidet in foveam quam facit.

22. Elector Palatinus Rheni.

Pasquin. Trahunt me Fata nolentem.

Marph: Qui amat periculum, peribit in illo.

23. Dux Lotharingie.

Pasqui. Misereamini mei, Misereamini mei saltem Vos amici mei.

Marph. Exemplum enim dedi Vobis, ut quemadmodum mihi fecit, et vobis non faciat.

24. Duces Brunswicenses.

Pasq: Viri fortes quis inueniet similes istis?

Marph. Et ideo reservata est eis Corona gloria, et multitudo diuitiarum, &c.

25. Landgravius Hassie. Cassel.

Pasqu: Sapientis est mutare consilium.

Marph. Fratres, amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica Veritas.

26. Dux Wirtembergensis.

Pasq: Sub umbra alarum tuarum protege nos.

Marph. Laudo vos, in hoc non laudo.

27. Dux Montbelliard.

Pasq: Profugus ibis in terram alienam.

Marph: Hodie mihi, Cras tibi.

28. Princeps Guillelmus de Tirstenberg
Episcopus Argentinensis.

Pasq: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce quam multa superlucratus sum pro te.

Marph: Et omnes magis clamabant, crucifige, crucifige eum.

29. Episcopus Monasteriensis.

Pasq: Da mihi, quare de me sermo nullus est inter Fratres?

Marph. Omnis Spiritus laudat mortuum.

30. Marchio Grana Gubernator Belgii Catholici.

34

Pasq: Spiritus quidem promptus est: Caro autem infirma.

Marpho: Audaces Fortuna iuvat.

31. Germania tota.

Pasq: Fratres, Aduersarius uester Diabolus circumquærens quem deuoret, cui resistite fortes.

Marph. Gallica torporem fecerunt Carmina: Regis Omnipotens aurum Germanica pectora fregit, Inh dolor!

32. Regnum Hungarie ad Iesuitas.

Pasqu: Hi sunt qui manducant meam carnem, et bibunt meum Sanguinem.

Marph. Intus autem sunt lupi rapaces.

33. Idem ad Casarem.

Pasqu: Ne tradas bestijs, animas confitentes tibi. Memorto hæreditatis tuæ, quam posse disti ab initio.

Marph. Malo mori, quam odisse a Iesuitis.

34. Comes Teckeli.

Pasq: Iesuita persecuti sunt me Gratis.

Marph: Istis expulsis Mahometani Succedunt: Quis peior?

35. Camera Imperialis Spirensis

Pasq: Facta est Metz sanctificatio eius, et Brisac potestas eius.

Marph: Cede bonis.

36. Conuentus Ratisbonensis.

Pasq: Heu mihi, quia disputatio mea nimis prolongata est?

Marph. Attendite Populi, audite Principes; Omne regnum in se diuisum desolabitur.

37. Congressus ad Francofurtum ad Moenum

Pasqu. Filij hominum, usquequò graui Corde? Quid diligitis Vanitatem, et quæritis mendacium?

Marph: Parturiunt Montes, nasctur ridiculus Mus.

38. Congressus Ecclesie Gallicane Parisiis indictus.

Pasq: Consilium inierunt Pharisei.

Marphorius.

Ludouici Regis gratia illuminet Sensus et Corda Vestra.